

irritumve factum est: aut si ex eo nemo heres  
existiterit *b*.

*b) itemque si testamentum alicujus rescissum sit, sive  
per inofficiosi quærelam: l. postumus. 6. §. 1. de inoff. test. sive  
per bonorum possessionem contra tabulas. l. filium. 20. pr.  
vers. sed cum exheredatio. ff. de bon. poss. contr. tab.*

## II. De successione Suorum heredum.

§. 1. Intestatorum autem hereditates ex lege  
duodecim tabularum, primum ad Suos & here-  
des pertinent.

*Hodie ex N. 118. c. 1. indi-  
cuntè primum ad Descendentes.*

§. 2. Sui autem heredes existimantur (ut su-  
pra & diximus) qui in a) in §. sui autem. 2. de her.  
potestate morientis qual.  
fuerint: veluti filius filiæve, nepos neptisve ex  
filio, pronepos proneptisve ex nepote ex filio  
nato prognatus prognatæve. Nec interest, u-  
trum naturales sint liberi, an adoptivi *b*. Qui-  
bus connumerari ne-  
cesse est etiam eos, qui  
ex legitimis quidem  
nuptiis vel matrimo-  
niis non sunt progeni-  
ti, curiis tamen civita-  
tum dati secundum  
divalium constitutio-  
num *c*, quæ super his  
positæ sunt, tenorem,  
heredum suorum jura  
nanciscuntur. Nec-  
non eos, quos nostræ  
amplexæ sunt consti-

*b) dummodo sint in pote-  
state ipsius defuncti: ad huc  
scil. effectum, ut ad instar  
suorum heredum natura-  
lium, testamentum patris  
infirmare, & sic ab intesta-  
to succedere possint. Cate-  
rùm si pater adoptivus nul-  
lo factò testamento dece-  
rit, tunc liberi eius adopti-  
vi, etiam ij qui in potestate  
ipsius non fuerunt, jus suo-  
rum heredum in eius suc-  
cessione habebunt. l. pen. §. 1.  
C. de adopt.*

*c) quæ extant in l. si quis.  
3. & seq. C. de nat. lib.*

tutio-